



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 7. Potuit ne Pater, uel uoluit gignere filium?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

LOCORVM COMMVNIVM
est eiusdem naturæ cum eo.

Caput 6.

Voluntate an necessitate genuit
pater filium?

*Ephes. 5.
Eccle. 1.*

Pater in diuinis filium genuit,
non necessitate, cum in Deum
nulla cadat coactio: nec voluntate,
cū in eum nulla cadat mutatio.

*Aug. li. 5.
ca. 20. de
Trin.*

Quamuis autem in Deo idem sint
realiter natura & voluntas: quia ta-
men ratione seu connotatu differūt,
nihil obstat aliquid posse conuenire
naturæ, quod non conuenit volunta-
ti. Hinc nec inconueniens est dicere fi-
lium esse natura filium, non volunta-
te. Et est simile de voluntate Dei &
eius scientia, quæ se ad plura exten-
dit, quàm voluntas.

*August.
con. Ma-
ximi.*

Dicitur tamē Deus volens genuit-
se filium, sicut & sapiens & potens ip-
sum genuit, sed non voluntate præ-
cedente, vel accedēte, quasi prius vo-
luerit, & postea genuerit, vel contra:
vt hæretici oppugnabant.

Caput 7.

Potuit'ne Pater, uel uoluit gige-
nere filium?

Ad

A

uē respō

Nec e

quid po

possit, a

velle ge

aliquid

nec vul

impotes

tia cū p

tatem s

velle na

dem po

tia, qua

& in vt

tura.

In fi

randi,

intellig

turam.

genera

Est' n

S

ro

li

LIBER I.

AD hoc quod quaeritur, an Pa-
ter potuerit, aut etiam volue-
rit generare filium: affirmati-
ue respondendum est.

*Aug. lib.
3. c. 12. ad
Maxim.*

Nec ex hoc sequitur patrem ali-
quid posse, aut velle, quod filius non
possit, aut non velit: quia ibi posse &
velle generare, non est aliquid, sed ad
aliquid. Hinc quod filius non potest,
nec vult generare, non arguit in eo
impotentiam, cum eiusdem sit poten-
tia cum patre, sed pertinet ad proprie-
tatem suae personae, cuius est posse, &
velle nasci, quod quidem in eo est ea-
dem potentia, quae in patre est poten-
tia, qua potest & vult generare, sicut
& in vtrisque est eadem sapientia & na-
tura.

*Aug. lib.
1. de Tri-
cap. 1.*

In filio ergo non est potentia gene-
randi, si ad proprietatem referatur
intelligentia: utique tamen, si ad na-
turam. Tunc enim idem sunt, posse
generare, & posse generari.

Caput 8.

Estne solus Deus uerè immutabi-
lis ac simplex?

*Aug. li. 5
de Trini.
capit. 8.*

SOLUS Deus seu diuina natura ve-
rè est immutabilis, ac simplicis-
sima: Eius enim esse est eternum,

*Hieroni.
10. 2. ad
Dama-
sum.*

A 5 nec sum.